CORPVS IVRIS CANONICI ABSOLVTISS.

In III. partes distinctum:

QVARVM PRIMA

DECRETVM GRATIANI

emendatum & notis illustratum

CVM GLOSSIS DIVERSORVM.

GREGORII XIII. PONT. MAX.

IVSSV EDITVM.

Cætera præfatio ad Lectorem te docebit.

EDITIO NOVISSIMA.

LVGDVNI.

Sumptibus Claudij Landry.

CVM LICENTIA SVPERIORVM.

TYPOGRAPHVS LECTORI BENIGNO AC CANDIDO

Cum debita honoris præfatione S.

VTERE, Lector eruditiſſime, ditiſſima hac noſtra CORPORIS IVRIS CANONICI *editione, ni nos, ni te odiſti. Quid enim per illam operoſe huic operi adiectum ſit venuſtatis & veritatis, tui ſimilis eſt, & eorum quibus mentes non è vulgo, iudicare. Cum infelicitate temporum innumeræ (ſcis) maculæ in illud prorepſerant, hæſerant, & deinceps adeò vulnera & ora prorſus inora, vt faciem ipſam in ipſa vix facie quis agnoſceret; eodem ſanè errore, quo apud Paulinum qui felicem rogant & quæritant.*

——— Felix vbi cernitur, & non
Cernitur ipſe, nec ipſe vir eſt, cùm ſit propè, longè eſt.
Ignotus, notúſque ſuis.

At ſic in nouiſſimis iſtis aduigilatum, vt vix vlli ſpes ſit, poſterioribus curis (quas prouerbio dicunt meliores) quicquam adiungi poſſe. Anquiſitis ſiquidem ſalubrioribus medicamentis, & ab aliis inſcitè admotis amotis, ita amoliti ſumus laniem am, vt ſanguis purior, ſolidioréſque vires reparatæ floridiùs vireſcere videâtur. Quare inter litteraria ſeculi bona, Magnum hoc corpus nitori tandem ſuo vindicatum, publicus amor, publicáque ſuſcipiat admiratio; nec miretur, ſi, abſque vlla animi læſione, priores editiones, Lugdunenſem, Pariſienſem, Romanam, Venetam, cæteráſque omnes omnibus nimis notas notis noſtris perſtringere auſi ſumus, cùm illas non tam operis emittendi prurigo, quàm auaritiæ calor non ita cautus, at catus ſemper, inconſultè ediderit, quod ſanè ipſæ de ſe probant, nec diffitebitur modeſtiſſimus quiſque, vel inficiabitur.

Res ſit in exemplo. In fine caſus c. 1. diſt. 31. hæc leguntur: Ideo retractatur à Gregorio, & ſtatuitur, quòd ſi qui ſubdiaconi NON ſunt, non cogantur continere, niſi

 velint:

S·AVGVSTIN
S·HIERONYM
S·IOANNES
MOISES
S·MATTHAEVS
IOB
S·LVCAS
DAVID
S·MARCVS
ESAIAS
S·GREGORIVS
S·AMBROSIVS
IEREMIAS

DECRETVM ABBREVIATVM
SIGILLATIM CVNCTA ATTINGENS.

Liber Decreti diuiſus eſt in tres partes, quarum Prima eſt de diſtinctionibus: Secunda de Cauſis: Tertia de Conſecratione. Prima pars diſtincta eſt in Diſtinctiones centum & vnam.

PRIMA Diſtinctio tractat de iure naturali & humano, ius ipſum naturaliter eiuſque ſpecies omnes diffiniens, & inter ius ſcriptum & non ſcriptum differentiam ponens. col. 1.
Secunda, de iure Quiritum, ſiue Romanorum, ipſum per ſpecies diſtinguens. 6
Tertia, iuris Canonici varia nomina diſtinguit, breuiterque exponit. 7
Quarta, ad quid leges inuentæ ſint, & quid ſacri canones ſuadent. 10
Quinta, quomodo ius naturale ſit immobile, non obſtat, quod ibi ponitur. 14
Sexta, an illuſiones nocturnæ ad peccatum imputentur, & circa finem proſequitur de iure naturalis digeſtione. 25
Septima ponit legiſlatores, oſtendendo qualiter ius inceperit. 29
Octaua ponit differentiam inter ius naturale, & conſuetudinem. 26
Nona auctoritate, & exemplo probat conſtitutiones hominum iuri naturali cedere. 26
Decima oſtendit, quod leges Imperatorum vincuntur à canonib. 30
Vndecima dicit, conſuetudinem legib. approbatis cedere. 35
Duodecima habet, laudabilem conſuetudinem eſſe ſeruandam, quæ nec canonibus ſacris, nec veritati nec bonis morib. obuiat. 42
Decimatertia vult, quod contra ius naturale non admittatur diſpenſatio niſi in fuga maioris mali. 47
Decimaquarta, quòd quia non debemus peccatum committere, vt aliud maius euitare poſſit. 51
Decimaquinta notat de tempore quo ſacri canones, libríque & concilia celebrata fuerunt, & quæ opuſcula ſint admittenda. 51
Decimaſexta ponit, quod canones Apoſtolorum ſunt recipiendi, poſtea oſtendit quo tempore & quo ſchiſmate in Papatu vel Imperio, quodlibet Concilium eſt celebratum. 59
Decimaſeptima dicit non concilia, ſed conuenticula celebrari ſine Papa. 67
Decimaoctaua oſtendit, quòd prouincialia Concilia nihil generaliter poſſunt conſtituere; ideò conſequenter declarat ad quid ſint vtilia, & quoties in anno & quo tempore anni, & cuius auctoritate ſint celebranda, & quòd Metropolitanus nihil debet exigere ab Epiſcopis ad concilium conuenientib. Addit de pœna Epiſcopi qui vocatus ad Synodum non venit. 71
Decimanona, vim Decretalium oſtendens dicit, mandata eccleſiaſtica deuote ſeruanda. 73
Vigeſima dicit, quòd in cauſis diffiniendis ſacri canones, in exponendis verò ſacra Scriptura ſancti doctores attenduntur. 87
Vigeſimaprima tractat de diuerſis ordinib. & gradibus miniſtrorum, docendo qui ſint executores, ſiue miniſtri canonum, à maiori vſque ad infimum. Et differentias miniſtrorum locorum aſſignat, probans quòd maior à minori non debet iudicari. 90
Vigeſimaſecunda, de dignitate Romanæ Eccleſiæ, & quarundam aliarum. 98
Vigeſimatertia, de ordinatione miniſtrorum, incipiens à Romano Pontifice, & deſcendens vſque ad Oſtiarium. 103
Vigeſimaquarta de examinatione ordinandorũ 115
Vigeſimaquinta, de officiis Clericorum, incipiendo ab Oſtiario aſcendendo vſque ad Epiſcopum. Circa medium Diſtinctionis inchoat tractatum præcepta regulæ Apoſtolicæ & proſequitur ibi, Oportet Epiſcopum eſſe ſine crimine. Et inde nacta occaſione ponit varias ſignificationes huius nominis crimen. Et oſtendit quod ſit mortale & quod veniale. 119
Vigeſimaſexta exequitur ſecundum præceptum Apoſtolicæ regulæ, Oportet Epiſcopum eſſe vnius vxoris virum. 127
Vigeſimaſeptima probat, quòd volentes vouere continentiam, ad ſacros ordines promouendi non ſunt, aſſignans differentiam inter ſolenne & ſimplex votum. 131
Vigeſimaoctaua probat quòd Clericis habere vxores non licet in Eccleſia occidentali, addens de ſubdiaconis, qui olim prohibiti non erat. Vide quod ibi notatur. 135
Vigeſimanona oſtendit quædam capitula mutata eſſe ex cauſa, quædam ex tempore, quædam ex loco, quædam ex perſona. 143
Trigeſima, quia dictum fuit 28 diſt. ſupra, quòd ſacerdotes non debent à ſe abiicere vxores ſuas prætextu religionis, hic dicit quod ex cauſa fuit hoc ſtatutum, ſcilicet propter quoſdam hæreticos qui coniugia deteſtabantur. 143
Trigeſimaprima probat & ponit exempla in termino, qualiter Clerici continere debent, & quod ab omnib. eſt ſeruanda continentia, niſi ab Orientalibus. 147
Trigeſimaſecunda adhuc proſequitur de continentia Clericorum. Et dicit quod conſtituti in quatuor ſacris ordinib. tenentur continere: & ſi habent publicas concubinas, nullus eorum Miſſam audiat. 159
Trigeſimatertia oſtendit, quòd bigami, corpore vitiati, vſurarij publicè pœnitentes, laſores in ſeptualidomes, furioſi, arreptitij, accipientes meretrices in vxores, & concubinas habentes promoueri non poſſunt. 193
Trigeſimaquarta ponit, quòd oportet Epiſcopum vitare nimiam familiaritatem domeſticarum perſonarum, & etiam conſanguinearum, & quòd venari non licet. 167
Trigeſimaquinta agit de tertio c. Apoſtolicæ regulæ, Oportet ordinandum non eſſe vinolentũ. 174
Trigeſimaſexta exponendo illud prudentem, dicit quod Clerici debent habere peritiam literarum ſacrarum. 178
Trigeſimaſeptima oſtendit, quod Clerici non debent libros Gentilium reſpicere, peritiam tamen ſecularium ſcientiarum debent habere. 179
Trigeſimaoctaua probat, quòd literatus debet eſſe eruditus ſacerdos, & canones ignorare non debet: ignorantia enim ipſi eſt periculoſa. 186
Trigeſimanona oſtendit, quod oportet Epiſcopum eſſe prudentem in negotiis ſecularibus, vt ſua cautela reddantur Eccleſiæ indemnes. 188
Quadrageſima proſequitur quartum capitulum Apoſtolicæ regulæ, Oportet Epiſcopum eſſe ornatum. Et primo de ornatu interiori, qui conſiſtit in virtute. 198
Quadrageſimaprima tractat de ornatu, qui conſiſtit in grauitate, inceſſu, habitu, & temperantia potus & cibi. 194
Quadrageſimaſecunda declarat illud hoſpitalẽ. 202
Quadrageſimatertia, illa duo, pudicum, & doctorem. 205
Quadrageſimaquarta illud, non vinolentum, quod eſt pars eius, quod diximus ſuprà dicti. 210
Quadrageſimaquinta illud, non percuſſorem. 214
Quadrageſimaſexta illud non litigioſum. 222
Quadrageſimaſeptima illud, non cupidum, domui ſuæ bene præpoſitum. 224
Quadrageſimaoctaua illud non neophytum. 232
Quadrageſimanona, præcedentia præcepta Apoſtolicæ regulæ ſub compendio, & breuiter recapitulat, & ponit cauſas & rationes quare criminoſi & vitioſi non debent in Epiſcopos promoueri. 322
Quinquageſima agit de lapſis, & reparatione Clericorum. 205
Quinquageſimaprima, de curialibus ſiue officialibus ratiociniis obligatis, iudicib. & aduocatis ordinandis, vel non. 270
Quinquageſimaſecunda, de præpoſteratione ſacrorum ordinum, ſiue de Clerico per ſaltum promoto. 271
Quinquageſimatertia de curiæ annexis in Clero, vel monaſterio recipiendis, vel non, & ibi probat quare curiales, & aliter obligati ordinandi non ſunt. 273
Quinquageſimaquarta, de ſeruis à non dominis manumiſſis non promouendis, niſi libertatem ſint conſecuti. 274
Quinquageſimaquinta, de corpore vitiatis, bigamis, illiteratis, publicè pœnitentib. ordinandis, vel non. 280
Quinquageſimaſexta, de filiis Presbyterorũ, & natis de fornicatione & adulterio non ordinandis. 291
Quinquageſimaſeptima, de baptizatis in ægritudine, an ordinentur. 298
Quinquageſima octaua, de Monachis non ordinandis ſine licentia Abbatis. 293
Quinquageſimanona, de Laicis literatis non ſubitò ordinandis. 298
Sexageſima oſtendit ex quib. ordinib. aliquis eligendus ſit in Præpoſitum, vel Decanum, vel Archipresbyterum, vel Epiſcopum. 299
Sexageſimaprima oſtendit, quod Laici non ſunt eligendi in Epiſcopum, ſed poſtulandi. 306
Sexageſimaſecunda oſtendit, quòd Clericorum eſt eligere, & populi conſentire. 318
Sexageſima tertia probat, quod nullo modo Laici debent ſe ingerere electioni Epiſcoporum. 322
Sexageſimaquarta ponit quo tempore, & quib. prælatis debeat Epiſcopi conſecrare. 334
Sexageſimaquinta dicit quod præſentibus omnib. Epiſcopis comprouincialibus vel ſe excuſantibus debet Epiſcopus conſecrari ab Archiepiſcopis. Et ibi dicit, quòd ſi ceteris ordinationi Epiſcoporum conſentientib. duo vel tres contradicant, obtineat plurimorum ſententia. 338
Sexageſimaſexta, de promotione Archiepiſcopi, qui ab omnib. Epiſcopis comprouincialibus eſt ordinandus, & non eſt conſecrandus a paucioribus quàm à tribus. 339
Sexageſimaſeptima, de promotione, ſiue ordine Presbyterorum. 342
Sexageſimaoctaua dicit quòd illi, qui ſunt ordinati ab illis, quos non conſtat eſſe Epiſcopos, iterum ſunt ordinandi. Sed determinat de ordinatione, non iteranda & Chorepiſcopis. 342
Sexageſimanona, quòd prima tonſura Clerici, de manu Abbatis poteſt ſuſcipi. Vel dic quod determinat de non ordinatis, ne in Eccleſia Dei miniſtrent. 348
Septuageſima tractat ne ſine ordinetur ſacerdos. 347
Septuageſimaprima, ne quis ordinetur à non ſuo Epiſcopo. 319
Septuageſimaſecunda ne ignotus Clericus ſine literis dimiſſoriis, ſiue commendatitiis recipiatur. 331
Septuageſimatertia, oſtendit qualiter literæ formatæ dimiſſoriæ fiant. 358
Septuageſimaquarta tractat an inuitis ordines conferantur. 354
Septuageſimaquinta de tempore, & die conſecrationis Epiſcoporum, nec non de temporib. ordinationum aliorum Clericorum. 358
Septuageſimaſexta, de ieiunio quatuor temporum, & quare ſint ieiunanda. 363
Septuageſimaſeptima ponit qualiter Clerici ſunt per gradus ordinandi, & etiam tractat de interſtitiis temporum. 370
Septuageſimaoctaua, in quo anno ſunt Sacerdotes ordinandi. 373
Septuageſimanona tractat de ordinatione ſummi Pontificis, quæ ſolis à Cardinalib. fieri debet. 375
Octuageſima, in quib. locis ſunt ponendi Epiſcopi vel Archiepiſcopi. 381
Octuageſimaprima, epilogando docet quod ordinandus in Epiſcopum debet eſſe ſine crimine, nec Clerici mulieribus cohabitare debeant. 383
Octuageſimaſecunda docet quòd Epiſcopus his qui ſuis manib. laborare nõ poſſunt, prouidere debet

Non gignunt dextros, qui ſtant in parte ſiniſtra:
Leua dat vxores, dat tibi dextra mares.

Figura præſens monſtrat [illegible] ſeptimũ de hetero gradũ [illegible] vſque ad [illegible] prohibita [illegible] ſupra quod [illegible] per [illegible] ſanguinis [illegible] ad quartum gradũ [illegible] hunc [illegible] Nec [illegible] quoque [illegible] Conſanguinitas eſt [illegible]



[illegible] eo procedens, quod vna deſcendit ab altero, vel [illegible] ab eodem. Vel eſt vinculum perſonarum ab eodem ſtipite deſcendentium carnali propagatione contractum. Et dicitur à con, quod eſt ſimul, vel vnitum, & ſanguine, quaſi ſanguinis vnitas. Linea eſt collectio perſonarum ab eodem ſtipite deſcendentium gradus continens, & numeros diſtinguens. Et eſt triplex, ſcilicet graduũ deſcendentium, aſcendentium, & collateralium. Gradus eſt habitudo diſtantium perſonarum [illegible] [illegible]

CONSANGVINITAS PER TRES REGVLAS DECLARATVR.

PRima regula magiſtralis per linea recta. Aſcendentium & deſcendentium quot ſunt perſonæ de quibus quæritur, computatis intermedijs, vna dempta, tot ſunt gradus inter eas. Si igitur vis ſcire quotum diſtat abauus à Petrucio (*Petrucium eſſe fingimus in cellula vbi eſt facies*) vtroque computato & intermedijs, quinque ſunt perſonæ: deme vnam, quatuor ſunt gradus: & ſic de alijs.

¶ *Pro linea collaterali ſunt regulæ.*

¶ Collateralium in linea æquali quoto gradu quis diſtat à communi ſtipite, toto diſtant inter ſe, vel ſibi attinent. Exemplum pone: Cùm facis abauum ſtipitem inter P. & pronepotem propatrui (nam illi ſunt in linea æquali) quilibet diſtat à ſtipite quarto gradu: ergo inter ſe quarto. De computatione tantummodo canonica loquor.

¶ Collateralium in linea inæquali quoto gradu remotior diſtat à communi ſtipite, toto diſtant inter ſe. Exemplum pone faciendo abauum ſtipitem. P. & filius propatrui ſunt in linea inæquali. Compute itaque à remotiori, ſcilicet à P. ſed P. diſtat à ſtipite quarto gradu, ergo à filio propatrui quarto. Semper intellige ſecundum canones.

¶ *Pro arbore conſanguinitatis ſecundum computationem ciuilem & iuris ſunt regulæ.*

¶ Prima. In linea recta aſcendentium & deſcendentium quot ſunt perſonæ, de quibus quæritur computatis intermedijs vna dempta, tot ſunt gradus inter eas.

¶ *Pro linea collaterali.*

¶ Collateralium in linea æquali quoto gradu quis diſtat à communi ſtipite, toto duplicato diſtant inter ſe, vel ſibi attinent. Nam ſecundum leges quælibet perſona gradum facit in collateralibus. Computatio enim Legiſtarum ob aliud fit quàm computatio Decretiſtarum.

¶ Collateralium in linea inæquali quot ſunt perſonæ ſtipite dempto, tot ſunt gradus. Si ampliorem optas tituli explicationem, recurre ad Ioannis Andreæ declarationem.

CIRCA

Multa dies, variiſque labos huiuſce parauit
Artis notitiam: quæ modò clara patet.



AFFINITATIS DECLARATIO.

Affinitas ſecundùm canones eſt perſonarum propinquitas ex coitu proueniens, omni carens parentela. Et dicitur affinitas quaſi ductum ad vnum finem vnitas: eo quòd duæ cognationes diuerſæ per nuptias ſecundùm leges, vel per coitum ſecundùm canones copulantur: & alter ad alterius cognationis finem accedit, *vt ff. de grad. affin. & non facil. §. affines.*

¶ Scias autem, quòd affinitas eſt perpetuum impedimentum, quod durat etiam mortua perſona, qua mediante contrahitur, 35. *quæſt.* 10. *c. fraternitatis.*

¶ Per carnalem copulam viri, & mulieris inter conſanguineos mulieris, & virum: & inter conſanguineos viri, & mulierem contrahitur affinitas primi generis eaſdem gradus, cuius eſt conſanguinitas. Si ergo conſanguineus tuus cognoſcat mulierem: ſi vis ſcire, quoto gradu affinitatis attinet tibi mulier illa, vide, quoto gradu eſt tibi conſanguineus tuus: & quoto eſt tibi ille conſanguineus, toto mulier eſt tibi affinis, & ſemper in primo genere. Dictum eſt in regula, *viri & mulieris*, & non viri & vxoris: quia ſecundùm canones etiam per coitum fornicarium, & inceſtuoſum contrahitur affinitas, patet *de eo, qui cognouit conſang. vxor. ſuæ. c. diſcretionem, & c. penul.* Inter conſanguineos mulieris & virum, & conſanguineos viri & mulierem, ideo dicitur: quia inter virum & mulierem non contrahitur affinitas. ſed ipſi ſunt affinitatis cauſa. Item inter conſanguineos viri, & conſanguineos mulieris nulla eſt affinitas. Vnde duo fratres contrahunt cum duabus ſororibus, pater & filius cum matre & filia: ſed eſt affinitas inter conſanguineos mulieris & ipſum virum, & conſanguineos viri & ipſam mulierem. *de conſang. & aff. c. quod ſuper his.*

¶ Regula. Quotieſcunque inter vnam perſonarum, de quibus quæritur, & coniugem alterius non eſt, vel non fuit conſanguinitas intra quartum gradum incluſiuè, nulla eſt prohibitio: vt inter me & coniugem nepotis mei non poteſt eſſe matrimonium: quia nepos meus eſt mihi conſanguineus intra quartum gradum.

¶ Aliud exemplum. Soror mea habuit maritum, eo mortuo maritus eius aliam accepit, quo defuncto poteſt contrahere cum eius relicta: quia inter me & illam relictam nulla eſt, nec fuit conſanguinitas.

Ad ar io